

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Türkische Texte mit französischer Übersetzung - Cod. St. Märgen 1

[Straßburg?], [um 1720]

Caput secundum

[urn:nbn:de:bsz:31-161021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-161021)

Sic igitur possent numerari literæ Turcicæ 33. quas tamen ipsi Turcæ solo Arabico contenti Alphabeto ad numerum 28. restringunt, پ pe enim reducunt ad ب be, چ cim ad چ gim, ژ je ad ز ze, & utrumque ك sāghyr nun, & کەfi āgemī, seu گەf ad simplex کەf, quod nos quoque in Lexico nostro observamus.

Ratione autem formæ sunt tantum literæ 17. aut si ک کەf & ل lam simul ponas, 16. ا ب ج د ر س ص ط ع ف ك ل م ن و ه ي. Cæteræ enim ab his distinguuntur punctationibus, immo in colligatione scripturæ & in medio dictionis eodem modo cum ا ب be scribuntur etiam ا ن nun, & ا ج je, ut in Alphabeto superiori videre est.

Sunt quidem, ut apud Hebræos, ita apud Arabes & Turcas literæ omnes consonantes, sed ا و ي elif, waw, je habent etiam sæpe sonum vocalium in fine syllabæ, ut in پاشا pāsā, quod nos dicimus Balsā, قورو kuru, ficcus, ديري diri, vivus, &c. de quo fufius infra.

Cæterum antequam valorem literarum Turcicarum aliaque in lectione consideranda fufius explicemus, quia jam posuimus aliqua exempla secuturaque sunt plurima, ad faciliorem Studiosorum intelligentiam nostris characteribus expressa aut descripta, prius exponendum videtur quibus literis aut characteribus utar ad exprimendas eorum literas aut pronuntiationes exoticas, seu quomodo pronuntiari debeant literæ nostræ, quibus hinc utor, aliàs quilibet suo modo posset eas legere adeoque plerumque impingere.

Sit ergo digressivum, at necessarium

CAPUT SECUNDUM

De valore characterum nostrorum, quibus utor ad exprimendam pronuntiationem literarum aut lectionem vocum Turcico-Arabico-Persicarum.

a Litera *a* sine nota aut accentu utor passim in Turcicis, ut *a* in Arabicis & Persicis vocibus, ad exprimendam notam vocalem \bar{a} ante & post literas duriores, quæ sunt ا ب ج د ر س ص ط ع ف ك, ubi debet efferri clarè, ferè ut *a* Italicum aut Gallicum, seu, ut à Polonicum & Hungaricum, sed est naturâ suâ breve ad differentiam sequentis \bar{a} . Quòd si quando utor *a* in vocibus Turcicis, id indicare volo, pronuntiari posse ut *a* clarum, prout fit communiter & à vulgo, sæpe autem à doctioribus proferri ut *e* nostrum, ut in declinationibus explicabitur.

\bar{a} Hæc literâ sic notatâ \bar{a} utor ad exprimendum ا elif cum \bar{m} medda, seu positum absque vocali propria post consonantem و \bar{w} istum, seu feth, aut ut nostratibus Phatâ affectam; estque hoc \bar{a} naturâ suâ longum, & quidem notabiliter debet protrahi. Pronuntiatur autem idem \bar{a} ab Arabibus quidem Nationalibus ferè ut *e* nostrum productum, sed à Turcis (extra Alcoranum) proferitur ut *a* Polonicum sine accentu in dictione v.g. dam, do, & ut *a* Germanicum, seu Austriacum in dictione v.g. Batter/Pater, & æquivalet ferè diphthongo Gallicæ *au* in dictione haut, altus; est enim semper longum.

b Litera *b* exprimit Turcicam ب be, & proferenda est ut in Gallicis, Italicis & Polonicis, non verò ut in Germanicis, ubi confunditur sæpe cum *p*, aut cum *w*.

c Literam *c* prout pronuntiatur ante *a* o u, seu pro *k* nusquam adhibeo, sed loco illius pono ubiq; *k*. Verùm \bar{c} cum accentu utor ad exprimendum چ cim, quod æquivalet *c* Italico, seu Romano ante *e*, & *i*, in dictione v.g. Cecità, Cecitas, quod Germanus ferè scriberet tsch; Et quidem hætenus semper sic scripseram ad intelligentiam nonnullorum Germanorum, quibus rudimenta hujus linguæ tradideram, sed ad parcendum typo satiùs sic per \bar{c} Italicum exprimendum duxi. Quòd si invenias cia, ciu, unâ syllaba profer, sicut in Italicis, seu ut Germanicum tscha / tschu / atque eodem modo si sine *i*, ca, lege tscha.

ch Literis *ch* utor ad exprimendam Turcicam چ chy, debet autem efferri paulò fortiùs quàm apud Polonos, non autem cum tali sibilò aut razione, quâ suum ch efferunt Germani, sed liberiùs spiritum illum fortem ex imo pectore tractum emittendo citra compressionem oris.

Grammatica Turcica

4

- d** *d*, est pro *د dal*, efferturque ut in Gallicis, Italicis & Polonicis.
- e** Litera *e* exprimit notam vocalem *ē* ante & post literas, quas voco leniores, nimirum *ب ت ث ج د ذ ر ز س ش ف ك ل م ن و ي*. Proferatur autem *e* semper clarè, ut in prima syllaba vocum *Ital. effere*, & *Gall. estre, esse*; nisi cum loco *ي ī* ponitur in Turcicis, v. g. in *دیمک dimek*, quod sæpe & liberè scribitur etiam *دمک demek*, tunc illud *e* legitur ferè ut Gallicum *é* quasi esset scriptum *دموک demok*.
- f** Litera *f* ponitur pro *ف fe*, & pronuntiatur ut *ph*, seu ut *f* Gallicum, Italicum, Polonicum.
- g, gh** *g* solum, prout pronuntiatur ab Italis, Gallis aut Polonis ante *u o u l & r* nufquam adhibeo; cum enim Turcæ illud propriè nunquam sic legant, sed cum *h* unitum, ut sit *gh*, quod efferunt sicut moderni Græci suum *γ gamma*, sic ad exprimendum *غ ghajn* utor literis *gh*, ubi debet simul cum *g* audiri *h*, v. g. *غنی ghanī*, non *ganī*.
- ḡ** Literam *ḡ* sic transversà supernè notà affectam adinveni ad exprimendam Turcicam *ج ḡim*, valetque *g* Italicum in *Generale*, *Generalis*, & *ginocchio*, genu, paulòque duriùs quàm *ḡz* Polonicum in dictione *ḡziti* / ferus, quod scriberet Italus *gichi*. Ubi autem inveneris *ḡia, ḡiu, vel ḡio* pro *جا, vel جو*, lege illud ad modum unius syllabæ, ut faceret Italus *gia, giu, gio*, & Polonus *ḡzia / ḡziu / ḡzio*.
- ḡ'** Literam *ḡ'* cum superaddito parvulo *i* pariter adinveni ad exprimendam Persicam *گ ges*, proferaturque ut *g* durum cum admixto seu quasi adjuncto *i*, ut si sequatur alia vocalis faciat unicam cum ea syllabam, ut in monosyllabo *گ ges* videre est, Gallus scriberet *guief, vel guef*, Italus *ghief*, Polonus *gief*, Hungarus verò ferè scriberet *gyef*, aliàs Germanis prolatu accidit difficile, uti alia etiam multa.
- h** Litera *h* utor ad exprimendas literas *ح ha*, & *ه he*, quantumvis inter se pronuntiatione differant, ut infra explicabitur.
- i** Literam *i* adhibeo ad exprimendam notam vocalem *ē*, seu *kes* aut *kesre*, ante & post literas illas leniores, de quibus supra; pronuntiatur autem ut apud Germanos, Polonos, Italos, sive sit consonans, sive vocalis, sed prescè, ut illud in voce *finis* legunt Itali, Galli, &c. ad differentiam *ī y*, quod longè aliter pronuntiandum dicam. At *i*, seu *i* longum ponitur ad exprimendum *ي je* absque alia vocali annexum consonanti præcedenti in Arabicis & Persicis, ut in *دين din* a. religio, & *دید did* p. vidit, ubi syllaba producitur, & *i* notabiliter protrahitur.
- j** *j* est ad designandam *ي je* consonantem, licet *i* etiam sæpe idem denoter.
- ḡ** Tale *ḡ* tribus punctis notatum adhibeo ad exprimendum Persicum *ج je*, seu *zāi ḡemī*, proferturque ut *j* consonans, aut ut *g* ante *e*, & *i* apud Gallos, v. g. in dictionibus *جای habeo, General, Generalis*, & ut *ḡ* Polonicum in dictione, v. g. *iaḡ, vel iaḡi cā, Rubellio, erythrinus*.
- k** Litera *k* sine addito est pro *ك kaf*, legendumque ut *k*, seu *kh* Germanicum, & *k* Polonicum, admixtā aliquā aspiratione gutturali.
- k'** *k'* cum parvulo *i* superscripto est pro *ك kes*, proferturque simul cum *i* eo modo, quo diximus efferendum *ḡ, hoc est*, illud *i* debet simul cum *k* pronuntiari & cum sequente alia vocali unam syllabam efficere, ut *ك kes* monosyllabum, scriberet Gallus *quief, vel quef*, Italus *chief*, Polonus *kief*, ut *کپک kepek*, fuffures, *semola*.
- l, l'** *l* est pro *ل lam* proferturque ut in Germanicis, Italicis, Gallicis. Quòd si sit incisum aut cancellatum, respondet *l* cancellato Polonico paulò leniùs pronuntiato.
- m** Litera *m* est pro *م mim*, pronuntiaturque ut in Italicis, Germanicis, &c.
- n** Litera *n* est pro *ن nun*, & pronuntiatur ut Nostratibus.
- n-** Si autem addatur lineola sic *n-* adhibetur pro *ن saghyr nun*, & profertur ut Græcum *ν*, seu *γ* ante *γ, ξ, χ*, & ante *κ kappa*, quod *κ* tunc induit sonum *γ gamma*, ut in *νιφανα*, quasi *νιφανα pephanga*, vocaturque hoc *γ* à Nigidio *γ*, aut *ν* adulterinum, unde si vis, vocemus hoc nostrum *n-* pariter *n* adulterinum, quale videtur esse etiam in Latinis *anguis, angustia, increpat, ingenuus*, ubi *n* haud integrè pronuntiatur, cum lingua palatum non feriat. Taliter in Gallicis effertur *n* finale in dictionibus, v. g. *mon, meus, latin, latinus, mien, meus, &c.* In Venetorum, Bononiensium aliorumque Dialectis, pari modo *n* finale profertur non integrè; Polonus quoque habet quid simile, v. g. in *ma, meam*, quod Gallus scriberet *mon*. Facile autem tale *n* exprimes, si volens *n* pro-

n pronuntiare linguam à preffione palati retrahas, v. g. صكره *son-ra*, post, Gallus deberet distinguere in duo vocabula sic *son ra*, Polonus autem scriberet *sarà*, quod ignari pronuntiant vulgariter *songra*, quasi adesset *g*. præsertim autem hoc accidit & unice ante *r*, seu *r*, *re*, ut hic, & in *تكري* *tan-ri*, Deus, quod ferè efferunt *tangri*.

o Litera *o* utor ad exprimendum و *ütürü*, seu Arabicè *و* *zemma* aut *و* *zemm* aut *و* *zemm*, Nostris *Dhamma* ante literas plerumque illas duriores in litera *a* & *e* specificatas, & hoc peculiariter in Turcicis, proferturque ut *o* pressum Gallicum & Italicum in dictione *contra*, *contre*, *contra*, aut ut Polonicum *o* cum accentu in dictione *wschód*, Ortus, hoc est sono accedente potiùs ad *u*, non autem claro, ut Germanis profertur accedente ad *a*, sic in supradicta voce صكره *son-ra*, post, صومق *formak*, Sciscitari, &c.

ö Hæc litera *ö* est pro و *waw* otiosa post consonantem in Turcicis, sonatque ut diphthongus Gallica *eu* in *peu*, parum, seu ut profertur tale *ö* à Germanis superioribus in voce *Rönig*, Rex, & ab Hungaris in voce *öröm* / gaudium, Gallus scriberet *eurcum*.

p *p* est pro پ *pe*, efferturque ut in Italicis, Gallicis, Polonicis, nec unquam confundatur cum *b*, quod frequens est Germanis.

r *r* est pro ر *re*, sonumque habet ut apud Germanos, Italos.

s Litera *s* utor ad exprimendas literas ث *se*, س *sin*, & ص *sad*, pronuntiatque ut *s* Italicum ac Polonicum, & ut Gallicum initiale, ut in *Il sera*, *sarà*, erit. Profertur tamen fortiùs & cum vehementiori sibilo, quando est pro ص *sad*.

š *š* Punctatum seu accentu notatum mutuatus sum à Polonis ad exprimendum Turcicum ش *šin*, quod Galli scriberent per *ch*, ut in *cheual*, Equus, Itali ferè per *sc*, ut in dictione *scemare*, minuere, Germani rectè per *sch*, ut in *Schade* / damnum; Etsi Poloni suum *š* paulò leniùs efferunt, id feci ad parcendum multitudini literarum.

t Litera *t* utor ad exprimendas Turcicas ت *te* & ط *ty*, licet hæc multò fortiùs pronuntietur & cum aspiratione, quasi esset *th*, vel instar duorum *tt* fortiter dentes superiores feriendo. Cave tamen, ne pronunties *t* (ut interdum fit in Germanicis) uti *d*, licet in Turcicis unum in alterum sæpe transmutetur, ut infra dicitur.

u *u* semper pono pro vocali, nam pro consonante adhibeo *w*; Utor ego *u* ad exprimendam vocalem و ante & post duras illas literas superiùs specificatas, cum tamen sæpe etiam per *o* exprimat, sitque non rarò *ö* & *ü* pro و vocali in Turcicis. Profertur autem *u*, ut à Germanis, Italis, Polonis, & ut *ou* à Gallis, aut à Græcis &.

ü Quòd si longum sit *ü* sic notatum, est pro و *waw* posito absque vocali post consonantem vocali affectam in Arabicis & Persicis, ut دود *dūd* a. Vermis, p. Fumus, ubi notabiliter protrahitur.

ü Litera *ü* cum duobus supernè punctis adibetur ad exprimendam vocalem *u* ante & post consonantes leniores supra specificatas, proferrique debet, ut *u* Gallicum, seu ut tale *ü* Populis superioris Germaniæ plerisque profertur, Italici aliàs, Polonicisque prolatu difficile.

w Litera *w* utor pro و *waw* consonante, pronuntiatque ut apud Polonos & Germanos, non tamen fortiter collidendo labia, ut Germani faciunt, illud pronuntiantes ferè instar nostri *b*; Immò in vocibus præcipuè Arabicis effertur sono magis ad *u* vocalem accedente, ut in dictione monosyllaba خوف *chawf*, legitur ferè *chauf* unâ syllabâ; Et sic quidem semper ab Arabibus pronuntiat, (habent, ni fallor, quid simile Angli) adeoque nusquam ut *f* proferri debet, ut fit apud Polonos, & Germanos ante alteram duram consonantem.

y Litera *y* utor ad exprimendam vocalem *y* ante & post consonantes duras supra designatas, estque medio quodam sono efferendum inter *e*, & *i*, quod facillè fiet, si volens proferre *i* non applices linguam dentibus inferioribus, sed eam potiùs retrahas, & sine compressione oris proferas, & paulò quidem vehementiorem emittendo spiritum, quàm Poloni faciant in prolatione sui *y* proximè ad hoc Turcicum accedentis.

z Litera *z* utor ad exprimendas Turcicas ذ *zal*, ز *ze*, ض *zad*, & ط *zy*, licet hæc duæ ultimæ vehementiore edantur sono, ut in sequenti fusiùs capite explicabitur, *z* autem pronuntiare volo, non ut Italicum aut Germanicum, sed ut Gallicum in dictione *zélé*, zelo estuans, & ut Polonicum in dictione *zabic* / occidere.

Tandem notam a supra literam aut inter, seu post literas positum ad exprimendum Turcico-Arabicum ع *ejn* quod respondet Hebraico ו Quod quidem ع *ejn* est consonans gutturalis, quæ, ut in sua Grammatica Turcica explicat *Maggio* in profunda parte gutturis formatur, magnâ faucium dilatatione, atque innixâ extremitate linguæ interiori subtrus inferiores dentes profertur, cum quodam gutturis fragore ut ajunt, instar vocis vituli matrem vocantis, sine narium adminiculo, qualem sonum, addo ego, ederet dolore pressus aliquis vim sibi quandam inferens ad aliquid faciendum, quod certè vivam docentis vocem requirit. Quomodo autem hac notâ a utar meliùs in syllabario percipies.

His itaque præmissis, percurramus singulas literas Turcicas, & quid valeant explicemus.

CAPUT TERTIUM

De sono ع recta pronuntiatione literarum.

E Lif ا aspiratio lenissima eadem est ac prima Hebræorum litera א *aleph*, estque consonans gutturalis, seu quæ in summo gutture formatur, aliàs cuiusque latinorum vocalis æmulatur sonum, & sic valet juxta vocalem quæ illi superadditur *a e i o u y ö ü* ut infra patebit. Cæterum ا *elif* in Persicis nonnullis vocabulis, ut & articulare ac servile in Arabicis sæpe non legitur, quod lexicon & usus docebunt, & infra, peculiariter in conjugationibus verborum, percipies; Immò in Persicis quum vocalis per literam ا ut etiam و per و , & ي per ي producuntur, promiscuè eadem passim corripuntur abjectis literis اوى ut *دهان deban*, و *دهن deben*, os, oris, وا *râh*, و *reh*, via, و *ديه dih*, و *ده dih*, pagus, و *بگرد bigired*, و *بگرد bigired*, capiet و *بيرون birün*, و *بيرون birün*, procul و *ديگر digir*, و *ديگر digir*, alius, و *بودن buden*, و *بودن buden*, esse.

ب Be, nostro *b* Italico Gallico & Polonico planè respondet, sed tamen in fine vocabuli, & ante, ac sæpe post literas ك ش ص ط ف ح ت habet ferè sonum *ts p*. ut اثباب *ispât*, confirmatio, probatio, اسباب ferè *espâp*, causæ, media, &c.

پ Litera Persica پ sonat ut *p*. nostrum.

ت ت *te*, ut *t* nostrum, mutatur tamen in Turcicis sæpe in د *dal*, *d*.

ث ث *se* litera Arabica æquivalet quidem Græco θ , prout moderni Græci illud pronuntiant, quasi *thse*, linguâ tangendo superiores dentes, ideoque *te blasum* dicitur; sed sic à doctioribus solùm Arabibus & ab accuratis Alcorani Lectoribus pronuntiat, à vulgo autem Arabum, ut *t*, profertur, & à Turcis modernis, ut *s*, per quod setiam illud in meis scriptis reddo, v. g. بو ائناده *bu esnâde*, interea: scriberet Græcus εθνâδε , seu *ethsnade*, vulgus Arabum legit *etnade*, nos cum Turcis *esnâde*.

ج ج *gim* valet *g* Italicum ante *e* & *i*, idque exprimimus per g , ad differentiam aliorum g & gh . Sic جمال *gemâl* scriberet Italus *gemal*, Polonus *dziemal*. In fine autem vocabuli, & ante ac post consonantes, quas in ب *be* notavi, pronuntiat ferè ut sequens ج *çim*, seu ut *c* Italico-Romanum ante *e* & *i*, aut ut *tsch* Germanicum, ac paulò fortius quàm *c* Polonicum, quod in talibus casibus evenit etiam in Polonica lingua, ut videre est in Grammatica Polonica à me pridem edita. Cæterum Arabibus Africanis hæc litera ج *gim* pronuntiat ut Persicum ج *je*, seu ut *i* consonans Gallicum.

چ چ *çim* ergo litera Persica valet *c* Italicum ante *e* & *i*, ubi monendus es sæpe omitti puncta hæc superaddita, uti etiam in aliis literis, quod quidem Tyroni non mediocrem parit difficultatem.

ح Litera ح vehementius sonat quam *b* Gallicum in voce *hardi*, *audax*, aut Polonicum *h* in voce *hardy*/imperiosus, aut Germanicum in voce *haben*/habere; formatur enim in profunda gutturis parte, ita ut efficiat sonum ferè duplicis *hh* simul pronuntiat, proximèque accedit ad gutturalem pronuntiationem plebis Florentinæ in suo *c* ante *a o u*, ut in *cavallo*, quod efferunt ferè ut *havallo*, vel *chauallo*. Differt itaque notabilissimè hoc ح *ha* à penultima Alphabeti litera ه *be*, quæ cum aspiratione quidem profertur, sed leniori omnino ut dictum *b* Gallicum, &c.

خ خ *chy* adhuc vehementius sonat formaturque paulo superius in principio gutturis, adcoque